

59

xxxvij. q. Joseph accusauit fratres suos apud patrem suum crimine pessimo
 nec legitur quod aliqua secreta monitio precesserit. non ergo de omni peccato est ta-
 lis reprehensio facienda. **I**n contrarium est quia super illo verbo Mathe. xvij
 Si peccauerit in te frater tuus. dicit glossa quocumque peccato peccauerit te
 sciens de te corripere fratrem tuum. de omni ergo peccato correctionalis est fa-
 cienda. **R**esponso. Dicendum quod differentia est inter denunciationem accusa-
 tionem et proclamationem. quod denunciatio fit propter emendationem fratris et ideo
 precedit fraternam reprehensio antequam fiat talis denunciatio ut simul profue-
 rit fama cum emendatione delinquentis. In accusatione vero intendit satisfactio
 ecclesie et preseruatio salutis reipublice propter quod non de omnibus sien-
 da est accusatio. sed solum de illis de quibus euidenter est quod perueniat periculum
 toti multitudini et toti reipublice. vel spirituali vel corporali et quando fit est pro
 homo ad accusationem procedere monitione secreta non procedere. quod bonum
 commune preferendum est bono priuato. Unde accusationem oportet inscribi de-
 nunciationem vero non sicut patet extra de accusa. Sed proclamatio fit de quibus-
 dam leuibus peccatis que magis debet dici commemoratio quam accusatio
 vel denunciatio. sed dicitur enim ad memoriam facti culpa de qua purgare se
 tenet que fame eius detrimentum non facit. Nam si proclametur aliquis publice
 de aliqua graui culpa ex qua infamari possit secreta monitione non procedente
 illicitum esset et contra christi preceptum. Ex quo patet quod nec de omni peccato
 est reprehensio fraternam facienda. nec de omni est preformittenda. **A**d pri-
 mum ergo est dicendum quod peccata committi in deum potest intelligi dupliciter
 vel per cognitionem ita quod ipse solus deus sciat et non homo et tunc talia non
 est arbitrij nostri reprehendere. vel per offensionem ita quod ipse offendat quia
 fit aliquid te nesciente contra precepta eius et talia magis tenemur reprehen-
 dere quam si committerent in nobis. **A**d secundum est dicendum quod peccata occulta
 nobis sunt deo manifesta. unde sicut omnia peccata publica se habent in iudi-
 cio humano sic omnia peccata nobis occulta se habent manifesta in iudi-
 cio diuino propter quod potest punire ipsa secreta monitione non procedente
 et tamen plerumque reprehendit peccatores interius remorsum conscientie tribuendo
 homine vigilante vel dormiente iuxta illud iob. xxxij. Per somnum in vi-
 sione nocturna quando irrunt sopor super homines tunc aperit aures. mutorum et
 eos erudientes instruit disciplina ut auertat hominem ab hijs que fecit. **A**d
 tertium est dicendum quod multa credenda sunt facta esse per antiquos pa-
 tres pertinencia ad caritatem fraternam que scripta non sunt. potest ergo es-
 se quod Joseph monuit fratres suos ante accusationem licet hoc non sit scriptum
 Del potest dici quod illud peccatum erat crimine publicum saltem inter fratres. unde
 erat accusatione dignum secreta monitione non procedente.

Sequitur Questio Octaua de Pace Representatione.